



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Ex Festis Decembris.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

*Pars tertia*

314  
Dei. Impetrare mihi , ut vos omnes ita colam  
in vita, ut in morte habeam Protectores.

Sancta Maria in templo præsentata , impetrat  
mihi talem in divinis diligentiam , ut quacun-  
que horâ moriar , in templo filii tui mcrear  
præsentari. Idem impetrare mihi in hoc men-  
se mihi dati & ad mortem usque dandi Patroni  
menstrui,

*Hora sta Pomeridiana.*

Maria Mater Dei , quò magis paulatim sol  
mortis meæ , à qua tota felix vel infelix pender  
æternitas , me oportet reminisci. Quòd ut eò  
fructuosiùs faciam , pro tributo hâc die & horâ  
tibi offero hymnum ; *Stabat Mater dolorosa iux-  
ta Crucem lachrymosa , &c.* à me nunc ruminan-  
dum. Cùm sic Passionis & Mortis Domini mei ,  
& quomodo per eam gladius doloris pertransie-  
rit animam tuam , species mihi vivaciùs imprin-  
mere possim. Hæc autem altè animo infixa &  
semper durans cogitatio , & solatium , & auxi-  
lium in morte certò mihi adseret.

*Ex Festis Decembribus,*

Sancta Maria semper immaculata , & S. Fran-  
cisce Xaveri impetrare mihi , ut nunc & in  
hora mortis immaculatus inveniar , omni reatu  
culpæ ex peccato mortali ac veniali liber. Idem  
impetrare mihi sancti Patroni hoc mense mihi  
dati , & ad mortem usque dandi &c. Et ut mite  
habeam purgatorium ob reatum pœnæ adhuc  
residuum.

JESU

*Solidae devotionis exercitia.*

315

JESU Fili Dei vivi & Mariæ Virginis, Maria  
JESU Mater & omnes Sancti ac Sanctæ Dei ac-  
cendite me vero amore Dei. Sitis custodes cor-  
dis mei nunc & in hora mortis meæ Amen. Et  
hunc in finem, quia certo anno, mense, die, ho-  
râ sive hodie sive cras moriturus sum, hanc  
modò descriptam devotionem statis temporibus  
per mensem, annum incipiam & continuabo  
certus, & Deo gratum & animæ meæ admo-  
dum salutare esse, mortem semper habere ante  
oculos, & per intercessionem Angelorum, San-  
ctorum, & cum primis Deiparæ Virginis eam à  
Deo felicem exorare.

§. 4<sup>us.</sup>

**T**estamenti confectio singulis mensibus aut sal-  
tem per annum sepius ab homine Societatis ru-  
minanda. Quia, si Praxis, hec maximè secunda,  
quam casu inveni in aliquo M. S. sano familiaris  
fuerit, familiaris & facilis quoque erit moribun-  
do cum magno suo commodo ac solatio. Aliqua vi-  
detur compilator testamenti hujus hancisse ex P.  
Drutzicki, alia de suo addidisse.

Mihi hic sermo non est de testamentis circa  
temporalia & hæreditates. Ago de religiosis  
ultimæ voluntatis expressionibus, quæ ad feli-  
cem mortem disponunt, & mutatis mutandis  
etiam sacerdotalibus ac Clericis aliqua ex parte ser-  
vire possunt. Quanquam à duobus, ut ex ipsis  
Praxibus patet, è Societate JESU pro se & suis  
in Christo fratribus concinnatae sint.

O 2

*Praxis*